

*Nasonia ionanthera*: labello late triangulo postice utrinque rotundato a basi in discum unicarinato. — Ascendens, polyphylla, basi radicans; vaginae rudes; folia carnosissima, incurva, ancipitia, basi medio carinata, superne inter utrumque limbum carinatum canaliculata; bractee ovatae acutae ovariis pedicellatis pluries breviores; flores illos *N. punctatae* superantes; mentum conspicuum; sepala triangula, dorsi linea media carinata; tepala ovata acuta; labellum ima basi cum angulis descendentibus gynostemii connatum; lamina libera triangula, laterales quidem anguli obtusati; nervi medii baseos incrassato carinulati, antepositus callus anceps triangulus apice bilobulus; androclinii cucullus cum alis lateralibus subintegerrimus. Blüten mennigroth, Anthere dunkel veilchenblau. Peru.